
Quod benè vertat S. S. Trias.

POSITIONES DE JURE DETRACTIONIS SUBSEQUENTES,



Consentiente

Amplissimo ICtorum in celeberrima VVittebergensium Academia Ordine,

SUB PRÆSIDIO

Viri Magnifici, Amplissimi, Consultissimi,

Dn. LUCAE BECKMANNI,

JCti & Antecessoris Clarissimi, Serenissimi ac Potentissimi Electoris Saxonici, aliorumque Principum Consiliarij, Regij per inferiorem Lusatiam, ut & Ecclesiastici atq; Provincialis Judicij Wittebergensis Assessoris dignissimi; Dn. Præceptoris, Fautoris & Promotoris ætatèm colendi,

Publicæ legalis prudentiæ cultorum Censuræ subijcit

BALTHASAR A BRUNNE

Nob. March.

In auditorio ICtorum ad diem 9. Februarij, horis à 7. matutinis.

WITTEBERGÆ,

Ex Typographéo Augusti Boreck,

ANNO M. DC. XXI.

22

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Thesis I.



UM Augustus Cæsar ob maxima bellorum impendia, quibus gravabatur, maximè pecuniis opus haberet, vicesimam hereditatum & legatorum, quæ testamentis relinquebantur, constituit, ut heredes hereditatem adire non possent, nisi prius vicesimam persolvissent, referente Dione *lib. 55. de bello Romano.*

II.

Quod vicesimæ vectigal licet deindè Nervæ, Trajani, Adriani, Marci, & aliorum Imperatorum constitutionibus vel accisum, vel ex integro reductum, & ad postremum abolitum sit. And. Rauchb. *part. 1. quæst. 15. n. 4.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. num. 4. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic. 52. num. 3. & 4.* Bodin *lib. 6. de Republ. cap. 2. pag. (mihi) 1026.* Frider. *lib. 2. de mand. jud. c. 51. n. 7.* & Justiniani tempore planè in usu esse desierit *l. ult. ibi: quia & vicesima hereditatis ex nostra recessit republica C. de edict. Divi Hadriani tollud.* Attamen jus detractionis adinstar antiquæ illius vicesimæ receptum adhuc in viridi observantia est.

III.

Nam tale statutum Augustæ, Norinbergæ, Spiræ, & in aliis civitatibus Imperialib9 vigere, refert And. Gail. *lib. 2. observ. 36. n. 10.* & Scipio Gentil. *de jurisdict. lib. 1. c. 27. pag. (mihi) 117.* Idem jus in Electoratu Brandenburgensi observari testantur Fride-

ricus Pruckmannus *consil.* 48. *n.* 13. *& seq.* Johann Köppen *decis.* 11. *in princ.* & Joach. Scheplitz. *ad consuet. March. part.* 3. *tit.* 8. §. 1. *n.* 5. Idem jus quoque Florentiæ statuto introductum esse refert Dominic. Cardinal. Tusch. *tom.* 4. *conclus. practic. lit. G. conclus.* 5 *n.* 6. Et in omnibus ferè Germaniæ locis idem jus receptum vigere testantur Iohan. Köppen *decis.* 11. *n.* 1. Andr. Rauchb. *part.* 1. *q.* 15 *n.* 6. ubi tale statutum quandoque etiam in vilibus & exiguis oppidis extare, & plerumque à superiori magistratu confirmatum & approbatum esse, addit, Thoming. *in decision. quæst. illust. quæst.* 26. *n.* 38. Paul. Matth. Wehn. *in practic. observ. in verb.* **Nachsteur.** Et hujus juris detractionis **des abzugs** mentionem quoque facit Augustus. Elector Saxoniæ *in const.* 38. *rubr. part.* 3.

IV.

Quoniam verò hoc detractionis jus hodiè ita receptum ex jure civili defendi non potest *propter d. l. ult. C. de edict. Div. Hadrian. tollend.* Dominic. Cardinal. Tusch. *tom.* 4. *practic. conclus. lit. G. conclus.* 5. *n.* 5. Andr. Rauchb. *d. quæst.* 15. *n.* 5. Ioachim. Scheplitz. *d. l. n.* 1. Matth. Berlich. *part.* 3. *conclus. practic.* 52. *n.* 5. Paulus Matthias Wehner. *d. l.* quæritur; an in benè constituta republica nihilominus tolerari debeat? Quod affirmatur *per recess. Comitior. Imper. Anno* 1594. *Ratisbonæ celebratorum* §. **Und so viel** ubi arresta pro justis & minimè illicitis habentur, quibus magistratus res vel hereditates huic oneri obnoxias detinere solent; & *per d. [illegible] religionis conditam in Comitiis Augustanis Anno* 1555. §. **Wo aber unsere auch der Churfürsten.** And. Rauchb. *d. l. n.* 6. *& tribus seqq.* Matth. Berlich. *d. l. n.* 6. Iohann. Köppen. *decis.* 11.

V.

Hoc igitur detractionis jus non solùm in hereditatibus & legatis induci potest, sed etiam in contractibus, ita ut de quolibet contractu certa gabella solvatur, latè Dominic. Cardinal. Tusch *tom.* 4. *practic. conclus lit. G. conclus.* 4. *n.* 1. *& seqq. per tot.* Matth. Berlich, *part.* 3. *conclus. practic.* 51. *n.* 11.

Hinc

VI.

Hinc quæritur, si contractus annulletur, quid dicendum sit? Et ex hoc contractu gabellam non deberi, concludit Dominic. Cardinal. Tusch. *tom. 4. practic. conclus. lit. G. conclus. 4. n. 135 & seq. & conclus. seq. n.* 14. & Garf. *in tract. de expens. c. 18. n. 47.*

VII.

Statutum etiam condi potest, ut civis volens civitatem desere-re, & aliò domicilium suum transferre, cogatur in primis de omnibus bonis suis certam pecuniæ summam civitati pensitare, tributum aliquod dare, vulgariter vocant nachsteuren/vel jus migrationis Abzug. *Gail. lib. 2. observ. 35. n. 9. & observ. 36. n.* 10. ubi Augustæ, Norinbergæ, Spiræ & in alijs multis civitatibus ita laudabiliter constitutum esse asserit, Matth. Berlich. *d. conclus. 52. n. 12.* Johann. Köppen *decis. 11.* Ernest. Korm. *lib. sing. consultat. Academic. consil. 19. n. 4.* Joach. Scheplitz *ad consuet. March. part. 3. tit. 8 §. 13. n.* 3. ubi multis in civitatibus, præsertim in maritimis, hoc in usu esse testatur, Dauth. *de testam. de mater. testament. circa quam limit. 24. n. 69.* And. Rauchb. *part. 1. q: 15. num.* 2. Jacob Thoming. *in decis. quæst. illust. quæst. 26. n 37. & seq.* Paul. Matth. Wehner. in *practic. observ. in verb.* Nachsteur.

VIII.

Quod tamen in eo non procedit, qui vi vel necessitate ex quodam loco secedere cogitur. Johann. Köppen *d. decis. 11. n. 15.* Matth. Berlich. *d. conclus. n. 13. & seq.* Dis. Ioach. Scheplitz *ad consuet. March. part. 3. tit. 8. §. 13.* Vide etiam Paul. Matth. Wehner. *d. l. vers. An autem eo casu &c.* & Rutger. Ruland. *de commissar. & commission. part. 3. lib. 3. c. 5. n. 11. pag. (mihi) 47.*

IX.

Vnde sequitur, si magistratus orthodoxos ex suis ditionibus ejicit, eos bona sua vendere, & aliò transferre cogit, quod is hanc gabellam des abzuges à discedentibus exigere non possit. Matth. Berlich. *d. l. n. 15.*

X.

Nisi subditi sponte aliò emigrent: tunc enim debitum illud migrationis eos solvere cogi, satis manifestè probatur *per pacem religionis conditam in comitijs Augustanis Anno 1555.* §. Wo aber

 vnsere

vnsere auch der Churfürsten etc. Cujus verba ita sonant: Wo aber vnsere/ auch der Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen vnterthanen der alten Religion oder Augspurgischen Confession anhängig/ von solcher jrer Religion wegen aus vnsern/ auch der Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen des heiligen Reichs Landē/ Fürstenthumbē/ Städten oder Flecken/ mit jhren Weib vnd Kindern/ an andere Ort ziehen/ vñ sich niedertlassen wolten/ denen sol solcher ab vnd zuzug/ auch verkauffung jhrer Haab vnd Güter gegen ziemlichen billigen abtrag vnd Leibeygenschafft/ vnd Nachsteuwr/ wie es eines jeden Orts von alters her vblich herbracht vnd gehalten worden ist/ vnverhindert männigliches/ zugelassen vnnd bewilligt/ auch an jhren Ehren vnd Pflichten aller ding vnentgolten seyn. Ernest. Kotm. *d. consil. 19. num.* 5. Matth. Berlich *d. l. n. 16.* Vide Joach. Scheplitz *ad consuet. Marcb. part. 3. tit. 8. §. 13. n. 7. & seqq. usque ad fin.* & Petr. Syring, *de pac. religion. conclus. 34. apud Arum. discurs. 10. vol. 2.*

XI.

Quod de vi vel necessitate coacto dictum est, in eo non procedit, qui ex culpa discedere cogitur, puta propter voluntariam debitorum cumulationem, vel propter delictum. Johann. Koppen *d. decis. 11. num. 16,* Matth Berlich. *d. conclus. 52. num. 17. & seq.*

XII.

Hoc jus detractionis non cuivis magistratui competit, sed ei duntaxat, qui superiorem jurisdictionem habet. elegant. Joach. Scheplitz *ad consuet. Marcb. part. 3. tit. 8. §. 25. in princ. n. 2. & seqq. usque ad fin.* ubi deducit, Magistratui, cui superior jurisdictio competit, in terris quoque Saxonicis competere perceptionem istius detractionis

tractionis, oder des abschosses/& *quæst. 3. num. 2.* ubi ita Facultatem Juridicam Academiæ Francofurtensis respondisse refert *26. Novemb. Anno.* 1613. Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic. 52. num. 19.* Vide Paul. Matth. Wehner. *in pract. observ. in verb.* Nachstewr: *ibi Cui magistratui debeatur* Nachstewr *&c.* ubi tradit, quod ei, cui competit jus collectandi, communiter quoque competat die Nachstewr / vnnd was man für abzuggelt bezalt / wenn sich jemand aus einer Herrschafft vnder ein andere Obrigkeit begibt. Nisi privilegio, pacto vel consuetudine loci aliud receptum sit. Nonnullis enim in locis Magistratui competit municipali tantùm, als den Rähten in Städten: alibi superiori domino, sive præfecturis, dem Aemptern: nonnunquam utrique, das man dem Raht sein gewisses zur Nachstewr gibt/vnd der Oberherrschafft auch sonderlich Abzug Gelt erlegen mus/prout usus docet & experientia. Paul. Matth. Wehner. *d. l.*

XIII.

Quod itaque hodie tàm Dominis in pagis, quàm Senatui in oppidis, hæc detractio concedatur, in propatulo est. Joach. Scheplitz *ad consuet. Marcb. part. 3. tit. 8. §. 13. & §. 25. q. 3. num. 18.* Scipio Gentil. *d. l.* Sed utrùm gabella de bonis rustici defuncti debeatur ei, qui jurisdictionem universalem habet, an verò ei, qui specialem habet? eleganter tractatum vide apud Ioach. Scheplitz. *d. q. 3. num. 1. & seqq.*

XIV.

Habet autem hoc jus detractionis regulariter contra omnes homines locum, adeò ut non solùm contra illos, qui in locis exteris degunt, sed etiam contra eos, qui unius Principis subditi sunt, sub diversis tamen curijs degunt, exerceri posit. Iohann. Dauth. *in tract. de testament. tit. de mater. testament. circa quam limit. 24. num. 69. in addition. marginal. in fin.*

Andr.

And Rauchb. *part. 1. quæst. 15. n 5.* Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. practicab 51, n. 16. & concluſ. ſeq. n. 20.* Joach. Scheplitz *ad conſuet. March. part. 3. tit. 8. §.3. num. 3.*

XV.

Niſi ex ſtatuto aliud manifeſtò conſtet, puta ſi in eo requiratur, ut hereditates in alienas jurisdictiones transferantur, das das Erbe in frembde Gericht gebracht werde / tunc enim illæ hereditates, quæ in alias civitates & pagos ejuſdem Principis transferuntur, huic detractionis oneri obnoxiæ non ſunt. Joach. Scheplitz *ad conſuet. March. part. 3. tit. 8. §. 25. n. 10. & ſeq.* Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. practicab. 52 n, 21.*

XVI.

Imò hoc detractionis jus in Marchia etiam contra Nobiles exerceri, ſi portionem ſuam extra ditionem Marchicam transferant, teſtatur Joach. Scheplitz *d. l. n. 8.*

XVII.

Non tamen competere poteſt hoc jus detractionis heredi contra heredem. V. C. Nobilis quidam moritur, & relinquit aliquot liberos, & bona tàm feudalia, quàm allodialia. Hereditas dividitur, bona allodialia filiabus adjudicantur, inter filios verò ita convenit, ut unus feudum retineat, & cœteri pecuniam pro portione ſua accipiant, quæritur, an hoc in caſu jus detractionis locum habeat, ita ut filiæ de bonis allodialibus, & cœteri filij de pecunia illa, quam pro portione ſua percipiunt, fratri ſuo, qui feudum retinuit, gabellam ſolvere teneantur? Et negativè concluditur ex ratione illa generali, quod par in parem non habeat imperium *l. 4. ff. de recept. qui arbitr. recep. cum ſimilibus allegatis à VVeſembec. conſil. 44. num. 4.* Modeſt. Piſtor. *quæſt. 169. part. 4.* Ioach. Scheplitz *ad conſuet. March. part. 3. tit. 8. §. 25. quæſt. 1. n. 1. & ſeqq. & quæſt. 2. per tot.* Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. practic. 25. n. 29.*

XIIX.

Sed illud admodùm controverſum eſt, an etiam jus detractionis locum habeat in hereditatibus liberis delatis? Negativa æquior & verior videtur *per l. unic. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. l. in ſuis 11. ff. de liber. & poſth. hered. inſtit. §. ſui autem 2. Inſt. de hered. qualit. & differ. l. 2. §. ult. ff. de bon. libertor. l. 1. §. qui ſunt in poteſtate 7. ff. ſi quis*

si quis omiss. caus. testam. And. Rauchb. *part. 1. quæst. 15. num. 10. & seqq.* ubi *n. ult.* sæpe ita tàm à Lipsensibus Scabinis, quàm Wittebergensis judicij Curialis Assessoribus pronunciatum fuisse testatur, Matth. Berlich. *part. 3 conclus. practic. 52. n. 23.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. n. 5. sub fin.* Johann. Köppen. *decis. 6. n. 4.* Förster. *in tract. de successión. ab intest. lib. 2. c. 18. n. 20.* Portius *ad §. sui autem 2. Inst. de hered. qualit. & differ. n. 13.* Domini. Cardinal. Tusch. *tom. 4. practic. conclus. lit. G. conclus. 5. num. 9.*

XIX.

Licet verò non ita parentibus debeatur liberorum hereditas, quemadmodum liberis parentum debetur, cùm liberos ad hereditatem naturæ simul & commune parentum votum vocet, parentes verò ratio miserationis tantùm turbato mortalitatis ordine admittat *l. cum ratio 7. ff. de bon. damnat. l. scripto 7. §. 1. ff. und. liber. l. nam etsi 15. ff. de inofficios. testament. l. nihil interest 50. ff. de bon. libertor.* Attamen pari immunitate parentes gaudere dicta miserationis ratio suadere videtur *arg. §. fœminæ 10. Instit. de adoption. l. Divus 14. ff. de offic. Præsid. §. sed nos 4. Inst. de SCto Tertyllian.* And. Rauchb. *d. quæst. 15. n. 22. & seqq.* ubi *n. ult.* tàm à Lipsensibus Scabinis, quàm Wittebergensis judicii Curialis Assessoribus ita sæpe numero pronunciatum esse refert, Matth. Berlich. *d. conclus. 52. num. 24.* Ioach. Scheplitz. *ad consuet. March. part. 3. tit. 8. §. 1. n. 4.*

XX.

Hoc tamen, quod dictum est, non procedit, si expressè lex municipalis aut consuetudo hoc velit, ut neque parentes neque liberi à gabellæ præstatione immunes sint: tunc enim illa consuetudo custodienda est *l. de quibus 32. ff. de legib.* Nam non tantùm successioni liberorum & parentum modus à statuto & consuetudine imponi; sed etiam ipsa legitima liberis & parentibus debita, secundum receptiorem, & in Camera Imperiali ac in hisce provinciis approbatam opinionem, minui potest, *Constit. Elect. 12. part. 3.* Hoenon. *disp. 9. th. 18.* Arum. *exerc. Justin. 10. th. 19.* Mynsing. *cent. 5. observ. 43.* Gail. *lib. 2. observ. 122.* Treutl. *vol. 1. disput. 13. th. 11. lit. d.* Harp. *part. 1. disp. 25. assert. 14.* Fachin.

lib. 4. *controv.* *r.* 34. Sichard. *ad auth. novissima C. de inofficios. testam. n.* 6. And. Rauchb. *d. quæst.* 15. *n.* 10. *& duob. seqq.* Matth. Berlich. *d. conclus. n.* 25. Ioach. Scheplitz. *ad consuetud. Marchi. part.* 3. *tit.* 8. §. 1. *n.* 5. ubi dicit, quotidianam experientiam testari, in Marchia non solùm parentes, quando liberorum hereditates sibi vindicant, & illas de loco illo vel judicio, in quo defunctus domicilium habuit, transportant, hanc gabellam solvere, sed etiam liberos de hereditatibus parentum simili modo id facere cogi, quoties ita casus contingat, ut hereditates eorum aliò transferant, & §. 3. *n.* 5. ubi 5. *Iulij Anno* 1607. in his ipsissimis terminis ab Amplissimis ICtis Francofurtensibus ad Oderam pronunciatum fuisse refert.

XXI.

In Principe quoque herede instituto jus detractionis locum non habet *per text. in l. universis. C. de vectigal. & commiss.* Dominic. Cardinal. Tusch. *tom.* 4. *practic. conclus. lit. G. conclus.* 5. *n.* 9. *&* 13. quem sequitur Matth. Berlich. *part.* 3. *conclus. practic.* 52. *n.* 27.

XXII.

Ex conjugibus etiam pars superstes, quamvis bona retineat, & aliò commigret, gabellam tamen dare minimè tenetur. Ioach. Scheplitz ad *consuet. Marcb. part.* 3. *tit.* 8. §. 20. ubi ita *die Lunæ post Francisci Anno* 1601. à Dominis Assessoribus judicij Cameralis Brandenburgici pronunciatum esse testatur, Matth. Berlich. *d. conclus.* 52. *n.* 28.

XXIII.

Porrò gabellam solvere non tenentur Pastores & ministri Ecclesiarum in loco, ubi detractionis jus in usu est, hereditates vel legata capientes. Ioach. Scheplitz *ad consuet. Marcb. part.* 3. *tit.* 8. §. 7. *n.* 6. *& seq.* ubi ita propter generalitatem immunitatum clericis competentium Dominos Consistoriales Brandenburgenses 1. *Februarij Anno* 1612. pronunciâsse refert, Matth. Berlich. *part.* 3. *conclus. practic.* 52. *n.* 30.

24. Quod

XXIV.

Quod de ministris Ecclesiarum dictum est, locum etiam habet in Professoribus Academiarum, & alijs civibus Academicis, ita ut aliò migrare volentes de bonis suis nihil solvere cogantur. Ernest. Kotm. *lib. sing. consultat. Academic. consil.* 19. *n.* 7. *& seqq.* Matth. Berlich. *part.* 3. *conclus. practic* 52. *n.* 31. Ioach. Steph. *in subscript. ad consil.* 24. *Ernest. Kotm. d. lib. sing. n.* 14. Ioach. Scheplitz. *ad consuet March. part.* 3. *tit* 8. §. 7. *n.* 9. And. Rauchb. *part.* 1. *quæst.* 15. *n.* 28. ubi ita in hac Academia Wittebergensi observari testatur.

XXV.

Sed quæritur, an peregrini hereditatem Professorum vel aliorum Academiæ membrorum defunctorum exportantes gabellam magistratui Academico, an verò Senatui oppidano solvere teneantur? Et pro magistratu Academico rectè pugnatur. Quoniam jus exigendi gabellam pertinet ad ordinarium judicem, & non irrogatur nisi ei, qui civis fuerit, uti constat *ex religionis pacificatione in Imperio Anno* 1555. *recepta* §. Wo aber unsere. At Professores, vel alia Academiæ membra quoad jurisdictionem Senatus oppidani neque cives sunt, neque incolæ, latè & eleg. Ernest. Kotm. *lib. sing. consultat Academic. consil.* 1. *n.* 104. *& seqq. & consil.* 19. *n.* 39. *& seqq.* Matth. Berlich. *pars.* 3. *conclus. practic.* 52. *n.* 36.

XXVI.

Quod de Professoribus & alijs Academiæ membris dictum est, quod scilicet immunes sint ab onere detractionis, ad omnes Doctores legitimè promotos extendendum esse judico, quantumvis in Academijs non degant, ita ut de bonis suis aliò migrantes, vel in alio loco hereditatem & legata percipientes detractionem nullam pati cogantur *per text. in auth. habita C. ne filius pro pat. & l. Medicos* 6. *C. de Professor. & Medic.* Matth. Berlich. *d. conclus.* 52. *n.* 33.

XXVII.

De viduis & liberis Pastorum & Professorum dubitatur, an ijsdem privilegiis & beneficijs, quibus mariti & parentes eorum fruebantur, gaudeant, & proindè, si aliò venditis bonis migrare, vel hereditates capere v int, nec gabellam solvere

 teneantur

eneantur? Sed quod iisdem privilegiis & beneficiis tàm diu gaudeant, quam diu in suo statu & conditione permaneant, æquissimum & verissimum videtur, *textus sunt in l. Medicos 6. C. de Professor. & Medic. l. 2. §. fin. C. de Episcop. & Cleric. & l. 2. C. de advocat. diversor. judicum.* Quibus hoc accedit, quod certum sit, in Academiis non solis Professoribus & Doctoribus, sed etiam omnibus Academiæ membris immunitates concedi. At viduæ procul dubio membra Academiæ permanent, cùm domicilium forum & matrimonium maritorum defunctorum retineant *Nov. 22. cap. 20. vers.* 1. & mariti in persona uxorum adesse, & in loco residere videantur, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas.* 379. *num.* 5. Johann. Sichard. *in l. cum te* 10. *C. de nupt. num.* 3. Arius Pinel. *ad l.* 4. *C. de bon. matern. num.* 12. Matth. Coler. *in tract. de process. execut. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 236. Daniel Moller. *in comment. ad constit. Elect.* 27. *part.* 4. *num.* 5. Ludolph. Schrader. *in tract. feud. part. 9. cap. 2. num. 5.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 11. n. 31. vers. quid de vidua in princ. & verb. mariti privilegia.* Modestin. Pistor. *consil. 3. num. 6. vol. 1.* Joachim. Scheplitz. *ad consuet. March. part.* 3. *tit.* 8. *§.* 7. *num.* 8. eleg. Ernest. Kotm. *lib. sing. consultat. Academic. consil.* 15. *per tot. & consil.* 26. ubi testimonia aliquot almarum Academiarum de juribus & immunitatibus viduarum & filiorum defunctorum Professorum, veluti Lipsensis, hujus Wittebergensis, Francofurtensis, Heidelbergensis, Helmstadiensis, Marpurgensis, Ienensis & Tubingensis, ordine adducit, Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic.* 52. *num.* 34.

XXIIX.

Quod in hereditatibus hoc detractionis jus locum habeat, extra controversiam positum est. Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic.* 52. *num.* 38. Joach. Scheplitz *ad consuet. March. part.* 3. *tit.* 8. §. 2. *& §.* 12.

XXIX.

Et hoc non tantùm procedit in tota hereditate, quando ea ex loco judicij in alium locum transfertur: Sed etiam in qualibet ejus parte, quando fortè divisio inter incolam & forensem fit.

fit. Quod enim juris est de toto quoad totum, idem juris est de parte quoad partem *l. quæ de tota 76. ff. de Rei. vindic.* Everhard. *in loc. à tot. ad part. n. 2.* Matth. Berlich. *d. l.* Ioach. Scheplitz. *d. §. 2. & 12.*

XXX.

De legatis etiam gabella rectè deduci potest. Iohann. Köppen *decis. 6. n. 16.*

XXXI.

Hæc deductio locum quoque habet in legato facto ad vitam, vel ad usufructuandum uxori, vel cuicunque alteri personæ, etiamsi sit legatum alimentorum, secundum computationem tamen ipsorum legatariorum vitæ, *juxta l. hereditatum 68. ff ad leg. Falcid.* Dominic. Cardinal. Tusch. *tom. 4. practic. conclus. lit. G. conclus. 4. n. 14. & conclus. 16. n. 12.* quem allegat & sequitur Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic. 52. n. 40. & seq.*

XXXII.

Non tamen procedit in hæreditate vel legato studiosis ad continuanda studia delato, Everhard. Speckh. *cent. 2. class. 1. quæst. 14. n. 12.* quem allegat & sequitur Reinhard. Rosa *in addit. ad Daniel. Moller. ad constit. Elector. 38. part. 3. n. 19.*

XXXIII.

Nec locum etiam habet in legato Ecclesiæ relicto, & generaliter in quovis legato ad pias causas relicto. Dominic. Cardinal. Tusch. *tom. 4. practic. conclus. lit. G. conclus. 3. n. 20. & seq. & conclus. 5. n. 1. & seq.* ubi ita per statutum Florentiæ dispositum esse testatur.

XXXIV.

Quis autem hoc onus sustinere debeat, quando tale legatum, ex quo jure gabella solvenda venit, relictum est, an heres, an verò legatarius? hic non incommodè quæritur. Et quando legatum simpliciter relictum est, hoc onus non ad heredem, sed legatarium pertinere dicendum est; quoniam gabellam statuto impositam regulariter is solvere tenetur, cui aliquid acquiritur ex re, de qua gabella solvenda est, *textus est in l. debet 27. ff. de ædilit. edict.* Cùm

gitur de re legata solus legatarius emolumentum capiat, nihil-que inde ad heredem perveniat, æquitati quoque naturali consentaneum est, ut incommoda rei legatæ solum legatarium sequantur: Secundum naturam enim est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda, & econtra *l. secundum naturam 10. ff. de R. I. l. si is qui 15. §. fin. ff. de legat. præstand. l. 2. C. de alluvion. c. qui sentit. de R. I. in 6.* Et hoc onus ad legatarium pertinere, eò magis dicendum est, quod eiusmodi statura in odium peregrinorum introducta censeantur. At si gabellam solvere non legatarius alienigena, sed heres indigena onerraretur, incola & civis odio & onere peregrini prægravaretur *contra l. non debet 74. ff. de R. I. l. si quis 33. §. 1. C. de inoffic. testam. l. ult. C. de legit. tutel. c. non debet de R. I. in 6.* elegant. Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 16. n. 9. & seqq.* Dominic. Cardinal. Tusch. *tom. 4. practic. conclus. lit. G. conclus. 6. n. 9.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic. 52. n. 52.*

XXXV.

Nisi aliter de mente testatoris constet. Andr. Rauchb. *d. quæst. 16. n. 25. & seqq.* Dominic. Cardinal. Tusch. *d. conclus. 6. n. 10.*

XXXVI.

Hinc magna oritur dubitatio, si legatum non simpliciter relictum, sed à testatore additum sit, se velle, ut legatarius legatum liberum & absque omni onere, frey vnd vnbeschwert / consequatur, quando magistratus eius loci, ubi testator mortuus, de hoc legato certam quotam, den Abzug/exigit, utrum heres, an verò legatarius hoc onus in se recipere teneatur? Pro legatario contra heredem pugnandum videtur ex mente testatoris, quæ hæc est, ut legatum liberum & absque omni onere legatarius consequatur. Atqui, si magistratus de hoc legato certam partem decerpere vellet, legatum non liberum & absque omni onere consequeretur, sed potius magno onere prægravaretur. Facit pro hac sententia inter alia fundamenta, quæ magno numero cumulat & adducit And. Rauchb.

Rauchb. *part. 1, quaest. 16. n. 2. & seqq.* etiam *textus in l. usufructu 52. ff. de usufructu*, ubi ita dicitur: *Usufructu relicto, si tributa eius rei praestentur, ea usufructuarium praestare debere certum est: nisi specialiter nomine fideicommissi testatori placuisse probetur, hec quoque ab herede dari.* Et pro hac sententia etiam Wittebergenses pronunciâsse testatur And. Rauchb. *d. l.* quem allegat & sequitur Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic. 52. n. 55.*

XXXVII.

De quo semel gabella data est, etiamsi ex illo judicio non sit transportatum, amplius tamen dari non debet, quoniam bona fides non patitur, ut idem bis exigatur *l. bona fides 57. ff. de R. I.* Dominic. Cardinal. Tusch. *tom. 4. conclus. practic. lit. G. conclus. 16. n. 1. & seqq.* Ioach. Scheplitz *ad consuet. March. part. 3. tit. 8. §. 17.*

XXXIIX.

Unde rectè concluditur, quod etiam in fideicommissis, si primus heres semel gabellam detraxerit & solverit, eveniente fidei commissi casu fidei commissarius aliam gabellam solvere non teneatur. Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic. 52. n. 56.* Bart. *in l. nemo 5. ff. de in integ. restit. n. 1. vers. unde si imponeretur*, Iason *in l. Gallus 29. §. videndum ff. de liber. & posth. n. 10. vers. secundò adde quod vult* Dominic. Cardinal. Tusch. *d. conclus. 16. n. 5.* ubi in Rota Romana *Anno* 1553. in causa hereditatis Ser Sebastiani de Bindis ita judicatum fuisse refert.

XXXIX.

Constat ex §. *mortis causa 1. Instit. de donat. & l. fin. C. de mort. caus. donat.* quod mortis causa donationes ad exemplum legatorum redactae sint, hinc oritur dubium, an statutum disponens de jure detractionis in legatis locum etiam habeat in mortis causa donationibus? Quod negandū videtur. Quamvis enim mortis causa donationes quoad effectū legatis exaequatae sint: Attamen aliàs multas differētias dari inter mortis causa donationes & legata, apparet

apparet ex ijs, quæ tradunt Schneidvv. *ad §. 1. Instit. de donation. n. 25.* Petr. Nicol. Mozz. *in tract. de donat. rubr. divisio donationis residet n. 21. & seq.* Modestin. Pistor. *consil. 1. n. 8. vol. 1.* & Petr. Gregor. Tholozan. *in Syntagm. jur. univ. lib. 41. c. 2. n. 8. & seq.* Statuta autem strictè accipienda sunt, in primis odiosa, quale est statutum inducens jus detractionis. Dominic. Cardinal. Tusch. *tom. 4. practicab. conclus. lit. G. conclus. 3. n. 1. & seq.* And. Rauchb. *part. 1. quæst. 17. n. 27. & seqq.* Iacob. Schult. *in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 124. n. 122. sub. fin. part. 3.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practicab. 52. n. 58. & duobus seqq.*

XL.

Quæritur ulterius, an mulier ex ea civitate, ubi jus detractionis in usu est, emigrans & alterius civitatis civi nubens de dote sua, quam secum exportat, gabellam secundum loci consuetudinem solvere teneatur? Affirmativam amplectitur Iohann Koppen. *decis. 6. n. 7.* Cujus fundamentum hoc est, quod dos in collationem veniat. *l. 1. & tot. tit. ff. de collat. dot.* & proinde res sit verè hereditaria. Sed negativa æquior videtur, quoniam aliàs statutum loquens generaliter dotis causam non comprehendit, tradente Anton. Negusant. *in tract. de pignor. part. 8. memb. 1. n. 23. vers. quamvis dicta jura generaliter &c.* Nec obstat fundamentum pro affirmativa adductum. Nam regula illa, quod in rebus verè hereditarijs jus detractionis locum habeat, non est universalis, sed suas patitur limitationes. Et hanc sententiam propugnant Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic. 52. n. 61. & seqq.* Dominic. Cardinal. Tusch. *tom. 4. practic. conclus. lit. G. conclus. 5. n. 19.* & Ioach. Scheplitz ad *consuet. Marcb. part. 3. tit. 8. §. 18.* ubi ita in Camera Electoratus Brandenburgensis sæpe judicatum fuisse testatur.

XLI.

Huic detractionis juri quod res illæ immobiles subjaceant, quæ sitæ sunt in territorio illius civitatis, ubi defunctus domicilium habuit, expeditum est.

XLII.

Sed quæritur, si quis habeat domicilium in civitate aliqua,

ubi

ubi jus detractionis viget, & bona immobilia extra territorium illius sita, an etiam respectu horum bonorum gabella solvenda sit? Negativam rectè defendunt Ioach. Scheplitz *ad consuet. March. part. 3. tit. 8. §. 6. n. 3.* And. Rauchb. *part. 1. quæst. 17. n. 10.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic. 52. n. 65.* Quoniam immobilia, & quæ loco immobilium habentur, non sequuntur domicilium defuncti, sed regulantur secundum consuetudinem loci, in quo existunt, *textus est in l. fin. ff. de jurisdict. & l. pupillo 27. in princ. ff. de tutor. & curat. dat.* Iacob. Schult. *in addit. ad Modestin. Pistor. quæst. 85. n. 5. part. 2.*

XLIII.

De rebus mobilibus in loco existentibus, ubi quis domicilium habuit & decessit, quin aliquid detrahi possit, dubium nullum est, comprobante id experientiâ quotidianâ.

XLIV.

Sed illud dubium videtur, utrùm magistratui domicilij hoc jus detractionis competat in bonis mobilibus vel nominibus, si defunctus hæc reliquerit in alio loco, quàm ubi domicilium habuit? Affirmativa veritati maximè consona est, usque adeò, ut, si in loco domicilij jus detractionis non sit receptum, sed in loco, ubi mobilia existunt, usurpetur, detractioni nullus planè locus relinquatur. Æs enim alienum non est eius loci, ubi existit, sed hereditatis & facultatum universarum *per text. in l. si fidei commissum 50. §. 1. ff. de judic. gloss. Latin. ad text. German.* Landr. *lib. 1. art. 52. lit. b. sub. fin.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practicab. 52. n. 68. & seq.* Gail. *lib. 2. observ. 124. n. 18.* Modest. Pistor. *consil. 31. quæst. 5. n. 50. vol. 1.* Iacob. Schult. *in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 85. n. 5. part. 2.* And. Rauchb. *part. 1. quæst. 17.* ubi ita *Anno 72.* tàm Wittebergenses, quàm Lipsenses respondisse testatur.

XLV.

Quando quis alibi domicilium habuit, & alibi mortuus est, tunc magistratui eius loci, ubi defunctus domicilium habuit, non

ubi

bi mortuus est, gabella competit. Ioach. Scheplitz *ad consuet. March. part. 3. tit. 8. §. 6. n. 2. & seq.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic. 52. n. 70.* Mobilia enim æstimantur ex persona eius, cujus sunt: & quando aliquis domicilium habet in loco quodam, persona quoque eius loci legibus subjecta est, & per consequens etiam bona eius mobilia. Ioach. Scheplitz *d. l.* Iacob. Schult. *in addit. ad Modest. Pistor. d. quæst. 85. n. 5. sub fin. part. 2.* Matth. Berlich. *d. l. n. 71.*

XLVI.

Quoniam verò sæpissimè contingit, ut quis nullum certum domicilium habeat, sed hinc inde peregrinetur, quæritur, si talis moriatur, cui competat jus detractionis? Et commodè hoc modo distingui potest. Aut commoratur ille in certo quodam loco cum supellectile sua, & ibi moritur, quamvis ibidem nec civis fuerit, nec domicilium habuerit; & pertinet hæc gabella ad locum mortis: Aut commoratur in loco sine supellectile, & tunc gabella pertinet ad magistratum eius loci, ubi bona mobilia inveniuntur. Ioach. Scheplitz *ad consuetud. March. part. 3. tit. 8. §. 23.* ubi ita in causa cujusdam Scribæ, opilionis & alius ministri in Camera Brandenburgensi pronunciatum esse testatur. Ioach. Scheplitz allegat & sequitur Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic. 52. n. 71. & seq. & n. 84.*

XLVII.

Sed quæritur, an nomina huic detractionis oneri subjaceant, & quis nam Magistratus hanc gabellam exigere possit? Hac in quæstione duo casus distinguendi sunt. Aut enim statutum dicit, quod de omnibus bonis mobilibus & immobilibus certa Magistratui debeatur portio; & tunc haud quaquam comprehenduntur nomina, nec si in loco domicilij essent credita: Quoniam nomina debitorum & actiones quoad essentiam suam propriè strictèque loquendo nec mobilia, nec immobilia, sed verè tertia ac separata ab his bonorum species sunt, *textus sunt in l. à Divo 15. §. in venditione 2. ff. de re judic. l. Quam Tuberonis 7. §. in peculio 4. ff. de pecul. & l. si prætorium 1. C. de prætor. pign.* Iacob. Thoming. *decis. 31. n. 2.* Goedd. *in l. bonorum appellatio 49. ff. de V. S. n. 14.* Neque etiam ulla urget necessitas, ut hoc in casu bonis alterutris nomina

accen-

accenſeantur; in primis quoniam ſtatutum ipſum odioſum eſt, utpote quod alteri rem ſuam aufert, quo ſanè caſu, ut & aliàs generaliter facilè ad veterem naturam & jus commune reditur. Iacob. Schult. *in addit. ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 124. n. 5. 7. & 123. part. 3.* Matth Berlich. *part. 3. concluſ. practic. 52 n. 74.* Aut ſtatutum generaliter dicit, quod omnium bonorum, vel etiam ſimpliciter, quod bonorum portio certa Magiſtratui dari debeat, & tunc propius eſt, ut etiam nomina ſtatuti illius diſpoſitione comprehendantur. Nam generali & ſimplici bonorum appellatione, cui non adjecta mentio mobilium & immobilium, veniunt etiam nomina & actiones, *textus ſunt in l. 4. C quæ res pignor. oblig. l Princeps 21. l. bonorum appellatio ff. de V. S. l. 1. §. 7. ff. ſi quid in fraud. patron. l. ſi ademptis 5. C. de ſentent. paſſ.* Iacob. Schult. *d. l. n. 124.*

XLVIII.

Et hoc dubium nullum habet, ſi nomina illa in territorio illius Magiſtratus, qui eo jure decerpendæ bonorum portionis utitur, & ubi defunctus domicilium habuit, conſtituta ſunt. Matth. Berlich. *d. l. n. 75.*

XLIX.

Si verò nomina alio in loco penes debitorem extraneum conſtituta ſunt, tunc, ſi in loco domicilij defuncti contractus inter debitorem & creditorem celebratus, vel etiam eò ſolutio deſtinata eſt, itidem dubium nullum habet, quod de illis nominibus Magiſtratus domicilij hanc gabellam exigere poſſit. Ioach. Scheplitz *ad conſuetud. Marcb part. 3. tit. 8. §. 23. n. 6.* Iacob. Schult. *in addition. ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 124. n. 131. 132. 135. & 139. part. 3.*

L.

Sed ſi nomina in alio quidem loco penes debitorem extraneum exiſtant, non verò conſtet, an in loco domicilij defuncti contractus celebratus, vel eò ſolutio deſtinata ſit, non levis oritur diſceptatio, an nomina ſub ſtatuti illius diſpoſitione contineantur, & Magiſtratui domicilij defuncti certa portio debeatur? Et affirmativè concluditur. Quoniam nomina loco non circumſcribuntur, ſed ex creditoris perſona æſtimatur, atque in eo loco eſſe dicuntur, ubi creditor domiciliũ habet. Matth. Coler. *in tract. de proceſſib. executiv. part. 1. c. 3. n. 253.* & perſonæ creditoris cohærent. Henning.

Göden *consil.* 37. *n.* 4. *sub fin.* Et hanc sententiam propugnant Matth. Berlich. *part.* 3. *conclus. practic.* 52. *n.* 79. *& seqq.* Henning. Göden *dict. consil.* 36. *n.* 5. And. Rauchb. *part.* 1. *quæst.* 17. *n.* 1. *& seq.* ubi ita *Anno* 1572. tàm Wittebergenses quàm Lipsenses Senatui in oppido Hertzberg respondisse testatur, Ioach. Scheplitz *ad consuet. Marcb. part.* 3. *tit.* 8. §. 22 *n.* 1. *& seqq.* ubi ita ICtos Academiæ Francofurtensis pronunciasse refert. Diss. Iacob. Schult. *in addit. ad Modestin. Pistor. quæst.* 124. *n.* 125. 126. *& seq.* *n.* 130. 131. *& seqq.* *usque ad n.* 139. *part.* 3. cujus rationes refutat Matth. Berlich. *d. l.*

L I.

Notandum autem est, hanc gabellam deß Abschosses non deberi, nisi deducto ære alieno, ne aliàs heres ultra id, quod capit, contra æquitatem gravetur. Ioach. Scheplitz *ad consuet. Marcb. part.* 3. *tit.* 8. §. 12. *n.* 2.

L II.

Hæc tamen gabella privilegio gaudet, ut Magistratui statim, antequam bona exportentur, exsolvi debeat. Matth. Berlich. *part.* 3. *conclus. practic.* 52. *n.* 54.

L III.

Et quidem tanto, ut etiam illa bona, de quibus hæc gabella debetur, tàm diu arrestari & detineri possint, donec portio illa exsolvatur. Dominic. Cardinal. Tusch. *tom.* 4. *practic. conclus. lit.* G. *conclus.* 22. *n.* 2. *& seqq.* Ioach. Scheplitz *ad consuetud. Marcb. part.* 3. *tit.* 8. §. 1. *n.* 3. And. Gail. *de Arrest. Imper. c. ult. n.* 12.

L IV.

Quod quantitatem gabellæ concernit, ea pro ratione locorum & curiarum variat. Nam in Marchia est decima quinta pars sortis. Iohann Köppen *decis.* 5. *n.* 4. Ioach. Scheplitz *ad consuetud. Marcb. part.* 3. *tit.* 8. §. 4. Francofurti ad Mœnum est 10. pars *Reform. p.* 6. *c.* 6. §. 4. & in Palatinatu & Electoratu Rheni. Chur Pfaltz Landordnung *tit.* 7. ubi statuitur, dz die Nachstewr sey der zehende Pfennig/ nisi in quibusdam præfecturis der Leibeigenschafft specialis sit consuetudo. Sic & Bambergæ est 10. pars. Paul. Matth.

Matth. Wehner. *in practic. observat. in verb.* Nachstewr *pag. (mihi)* 518. Proindè consuetudo cujusque loci hac in re accuratè attendenda est.

LV.

Porrò, quando tempore statuti alius valor fuit antiquitus, & alius novus valor jam est tempore solutionis, quoniam propter migrationem Nachstewr debetur, ideò secundum tempus migrationis valor attendendus est: quemadmodum & Abschoß mediante divisione hereditatis datur, & ideo etiam valor tempore solutionis inspiciendus est. Iohann. Köppen *decis.* 5. *n.* 5. *&* 10. quem allegat & sequitur Matth. Paul. Wehner. *d. l.*

LVI.

Potest autem heres vel legatarius hoc detractionis onus evitare I. Si hereditatem non dividat, nec portionem sibi debitam verè & realiter de uno judicio in aliud transportet, sed ibi relinquat, & fructus quotannis exinde percipiat. Ioach. Scheplitz *ad consuetud. Marchi. part. 3. tit. 8.* §. 16. *n.* 1. *&* §. 19. Iohann. Köppen. *decis.* 5. *n.* 10. quos allegat & sequitur Matth. Berlich. *part. 3. conclus. practic.* 52. *n.* 89.

LVII.

II. Si in loco hereditatis vel legati domicilium aliquandiu quærat. Nam licet postea discedat, de ista hereditate gabellam solvere non tenetur, quoniam hereditas post aditionem nomen amittit, & fit illius, qui successit, proprium patrimonium *l. sed si plures* 10. §. *filio 2. ff. de vulgar. & pupill. substit.* Ioach. Scheplitz *ad consuetud. Marchi. part.* 3. *tit.* 8. §. *21.*

LVIII.

III. Si acceptâ aliquâ portione hereditati sufficienter renunciet. Dominic. Cardinal. Tusch. *tom. 4. practicab. conclus. lit.* G. *conclus.* 5. *n.* 33. *& seqq.* Matth. Berlich. *d. conclus.* 52. *n.* 93. *Diff.* Gail. *lib. 2. observ. 35. n. 9.*

Corollaria.

I.

Fidejussor, qui in majorem summam fidejussit, saltem in eam, quam principalis debet, tenetur.

II.

Legatum à Pontificiæ Religioni addicto, sub conditione deserendæ Augustanæ Religionis relictum, etiam conditione istà non adimpletâ, legatario debetur.

III.

Non hallucinantur, qui liberum hominem sequestrari posse, existimant. Quod tamen eò trahendum non est, ut in casum non factæ solutionis debitor ipse sequestretur: multò minus, ut cadaveris defuncti sepultura prohibeatur.

IV.

Si quis in confinio occisus reperiatur, & in unius territorio hæreant pedes, in alterius verò caput, utrique cognitio deferenda est.

V.

Vicinus, in cujus ædibus incendium exortum est, quando de culpa certæ personæ non constat, vicino ad damni restitutionem non tenetur.

VI.

Vasallus irrequisito Domini consensu feudum hypothecare nequit.

Nobili-